

adsit, nec scandalis tantis eam lacerari sinat. Hujus gratia
Te, mi Pater, ex animo commendo. Heidelberg. 16. April.
1672.

128.

Illustri et Magnifico Domino
Johanni Dionysio à Hierotin: Do-
mino in Namiesb, Selavitz, Pausdrum,
et Brandeis &c. Regia Hungaria et
Bohemica Majest. necnon Archie-
piscopi Austriae Maximilianii
Cubiculario.

Illustris et Magnifice Domine: Effi. complere s-
abierunt anni, ex quo tu relicta Academia nostra
atq; regionibus exteris peragratis in charissimam
Saxa Moravia vestra sedem fixisti: non dubito tamen
Te aliquam nominis mei memoriam retinuisse. Nos
quidem gratissimam Tui recordationem nunquam
deposuimus. Eam vero cum hoc tempore veneran-
dus senex, vir spectatissimus Johannes Abincionius,
qui Magnifico Domino Carolo, fratri Tui est
à Secretis, et generosum adolescentem Johannem
Theodorum Hierotinum, in gratiam Tuam contu-
derunt Illustrissimi Principis Junioris adduxit,
jucundissimis suis sermonibus nobis refricasse,
Tuamq; virtutem ac statum florentem pluribus
mihi collaudasse, non potui, quin breviter hoc Episto-
licis studiis atq; officiis meis, si qua in hac aetate
à me in Dignitatem Tuam proficisci possint, humi-
liter tibi deferrem. Dabitur forte aliquando
materia publicè contestandi, quando Te faciam.

128

Filius meus M. Joh. Georgius quem Anno 1588 Christiano
ritu ex sacro Baptismatis fonte suscepisti, nunc eo loco
versatur in stala nostra, studiorum ac morum illius
Christiani Principis Junioris informator, ubi de Tuo
etiam agnato Joh. Theodorico, Domino ita volente,
bene mereri possit: quod eum omni officio et studio pro
virili facturum esse confido. Dominus Jesus Te Illu-
stris Domine, cum conjuge, et tota inclita Perotino-
rum familia diu incolumem florentemq; conseruet.
Heidelbergae. 18. April. 1612.

T. M. G.

Studiosissimus

David Pareus.

D. Davidi Pareo Salutem.

129.

Hoc ipso temporis articulo, cum literas ad solbium et Altin-
gam vestras scriptas jam obfirmarem, reddite mihi
sunt tuae, Vir Clarissime, avidè jam dudum à me expecta-
te, quibus tuum de Molindi dogmate sententiam per-
scribis: non aliter te judicatorum omnino judicaveram
ego. Doleo te posteriorem nam libellum ob amanuensis
κακογραφία parum exactius non satis expedite
et accurate, abs te perlegi et expendi potuisse. Si apo-
graphum commodius presto fuisset, et per graviores
illas, de quibus scribis, ac digniores occupationes legendi
facultas non defuisset, non dubito, quin luculentius
ut perspectus, sic et pronunciatus fueris de singulis.
Jam verò aliud est, quod te celatum minime oportet.
Cum libellum suum Synodo Nationali nuper exhibuisset,
Molindus, Patres tribus quatuorve Pastoribus exco-
ta illo ad ipsius etiam Molindi arbitrium delectis